



SANCTISSIME PATER.



TERUM SUPER NEGOTIO CAUSÆ V.P.

Emmanuelis Padial , quam omnes expletam
exceptant; nos etiam Clientuli Sanctitatis Vestrae
tantis tuæ munificentæ largitionibus cumu-
lati, totque signis tuæ Benignitatis super om-
nes generationes p̄e omnibus insigniti , qui
cum sis altissimus , sanctissimus , opulentissi-
mus , non dedignaris respicere in exiguitatem nostram quique tet
dominibus , & amoris nexibus Societati Jesu anneximur , nostras
preces communi desiderio adjungimus , suppliciter , & instantiūs
orantes , ut placeat Sanctitati Vestrae hanc Causam accipere , &
promovere , ut prosperè procedatur ad reliqua , quò tandem videat
nostra Civitas suum Concivem Coeli Civibus adnumeratum. Hæc
nostra desideria , maximâ quâ valemus , Cordis instantiā , Sanctissime
Principum , Pietati tuæ expandimus.

Interim D. O. M. exoramus ut Prosperitate , & Benedictione
cumulationi te Prospeturum , & Benedictum adimpleat ad usque dies
Petri.

Dat. in hoc Sancti Francisci Capuccinorum Cœnobio Gra-
natensi Sancto Joanni Baptista dicato. Nonis Maij anni 1748.
Sme. P. Sanctitatis Vestrae humillimi Filij Fr. Antonius de Irlanda,
Sac. Theol. Ex-Lector, Ex-Definitor, & Guardianus. Fr. Josephus
de Ceuta, Sac. Theol. Ex-Lector, & Definitor actualis. Fr. Ambro-
sius de Llanes, Sac. Theol. Ex Lector, & Ex-Definitor. Fr. Antonius
de Berja, Sac. Theol. Ex-Lector, & Ex-Definitor.

SANCTISSIME PATER.



USILLITATIS NOSTRÆ LICET NON IGNARI,
quia gratam Causam proferimus, filiali fiducia ad
Pedes S. V. provoluti nostra suspiria, nostra desideria pandimus. Tibi enim datum est condere leges,
in legibusque, prout congruerit, dispensare. Cum
que fama virtutum V. P. Emmanuelis Padial, Sacer-
dotis Professi S. Jesu in dies magis, magisque augea-
tur; immo & beneficijs, ejus ope, ut piè panditur, à Deo, Suorum Servorum,
Glorificatore elagitis, non modo in istâ fœlici Civitate Granatensi V. Viri
oriùs, & occasus Théatro, verum in totâ Hispaniâ Fidelium animi ipsius
devotione vehementi ardore flagrant; eumque cupiente posse fidenter vene-
tari, cuius doctrinas, exempla, virtutes, beneficentias fuerint, Deo mis-
serent, experti; ac proinde ad Tribunal infallibile S. V. Processum, circa vi-
tam, & acta ipsius V. P. confessum, transmittatur, optant hæc causâ
quantorius expletâ gaudere.

His votis nostra vota jungimus, & instanter exposcimus, ut hanc
Causam gratauerit accipias, atque promoveas; & ut in hæc te munificen-
tiā, dexteritatem tuam, quam orbis stupet, experiantur Oratores suppli-
ces, imploramus. Prematur in Sacro Torculari, statutis motulis dispensatis,
hæc Sancta, quæ piè autumatur, substantia, in quo, verum quidquid est,
apparet, exprimitur. Tradatur igni, verè scrutatori, hoc, quod Religiose
communi statu appenditur, aurum. Videatur, num tale appareat in eâ,
quam prona jurat nostra fides indefectibilis, quod optimus, quod exposci-
mus, quod desiderio desideramus. De hoc fœlici eventu, cuius spe, tot si-
dignis Testibus toboramur, V. Servi Dei Emmanuelis recentibus adhuc
fugantijs exigimur. Deo in Sanctis suis Glorioso semper gratiae rependen-
tor. Moduletur Gloria. Mater Ecclesia lætabitur in Filio, in Prole piâ quæ
semper est fecunda. Exultabit Hispaniâ. Psallet Granata. Canet, laudabit
Jesu Societas.

Hæc SS. P. nostra vota; hæc nostræ preces; hoc nostrum desiderium.
Et quod O. M. D. ut potè qui in suâ Providentiâ non fallitur, te, ut hisce
fluctuosis temporibus Navem dexter moderateris Rector, prædestinavit, te
benedicat, & sis Benedictus, et vnumq; vestrum ad plusquam dies Petri dilater.

Dat. in hoc Granatensi Sanct. Francisci Capuccinorum, Cœnobio S.
Joanni Baptista dicato. Kalendis Mart. ann. 1748. Sme Pat. Sanctitatis V.
huic illimi Filij Ft. Antonius de Irlanda, Sacr. Theol. Ex Lector, Ex Defi-
nitor, & Guardianus. Fr. Josephus de Ceutâ, Sac. Theol. Ex Lector, &
Definitor aequalis. Ft. Ambrosius de Llanes, Sac. Theol. Ex Lector, & Ex-
Definitor. Ft. Antonius de Berja, Sac. Theol. Ex Lector, & Ex-Definitor.